



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De sacra militia Ioannis contra Turcas, qui fratri suo Antonio Ducatum  
ceßit. Cap. LXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**



posse hæc dissimulare, congregauit electam multitudinem belligeratorum, & summa vsus celeritate eò profectus est. Pertinebat autem locus ad Furstadum de Merode, qui adhuc pueritiæ annos agebat: eius tutores tales hospites illic receptabant. Dux itaque obsessum castrum crebris oppugnationibus per vim cepit, & Diaboli nidum vsque ad solum destrui fecit, & reuersus est in terram suam cum pace. hæc Chronicon Brabantia. Dn. Thimo paullo pleniùs scribit, eum Henersbach, & Stelenborch, & alia raptorum castra vltra Mosam destruxisse.

*De sacra militia IOANNIS contra Turcas, qui fratri suo Antonio Ducatum cessit.*

*Antonius,  
XII. Lotha-  
ringia &  
Brabantie  
Dux.  
& al. Baia-  
retum.*

## C A P. LXVII.

**C**V M Sigismundo Hungariæ Regi necesse fuit bellum parare contra \* Pazaitem Turcarum Imperatorem, habuit voluntarios belli socios ex Gallia Angliaque non paucos, illustri loco natos. Tum Philippus Audax, qui Carolo VI. Rege phrenetico instar Regis erat, Gallijs præfecit filium suum Ioannem, iuuenem annorum circiter xxv. præclaræ indolis, & omni nobilitati gratissimum.

Ceterùm dum ad Nicopolim Galli primam aciem sibi expetunt auidius, inchoata pugna priusquam omnis acies explicaretur, turpiter succubuerunt, quanquam plures ex barbaris quàm ex nostris ea pugna ceciderint,



rint, anno CIO. CCC. XCVI. IV. Kal. Octo-  
bris. Capti hoc bello fuere nobiles plus mi-  
nus trecenti, qui fœda morte à tyranno ne-  
cati sunt. Inter quos Henricus Antomensis,  
Ioannes verò Burgundio cum alijs xxv. no-  
bilibus agrè redemptus est ducentis milibus  
ducatorum, fide & virtute Ioannis Helliaci  
equitis Atrebatis, qui paullo ante Pazaitæ  
ministrauerat. Ad quam redemptionem Gan-  
dauenses quinquaginta milia florenorum  
contulerunt. Ita Meierus. Reliqua apud eum  
& alios scriptores passim obuia sunt.

*Ioannem I V. anno etatis X X I V. obiisse condi-  
ta Vniuersitate Louaniensi, quæ hæctenus pro-  
pugnaculum fidei Catholicæ perstat.*

C A P. L X V I I I.

**P**ATRI filius successit Ioannes annos na-  
tus tredecim, qui primis annis cum x i. x i i i. Lo-  
tharingie ac  
Brabantie  
Dux.  
mamburnis, ac deinde per se Brabantiam  
gubernauit. Sed obiit Louanij nobilis Dux  
ætatis suæ anno xx i v. Furæ apud paren-  
tes sepultus.

Hoc Duce Cardinalis Placentinus anno  
CIO. CCCC. XXI. Louanij. Crucem contra  
Hussitas tribus concionibus prædicauit, &  
ad sacrum contra Pragenses bellum pluri-  
mos Louaniensium tam pedites quàm equi-  
tes excitauit.

Circa eadem ferè tempora Dux Vniuersi-  
tatem studiorum, quæ Pragæ perierat, Lo-  
uanij